



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ervditione Religiosorvm**

**Humbertus <de Romanis>**

**Ingolstadii, 1591**

**VD16 H 5888**

1. Tentationes amicis Dei multùm vtile sunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

*Acto. 5.*

assumpsit formam humanam : quod permisit Dominus , ut tentatio ista certior fieret. Item , ad Corinth. 7. Reuertimini in idipsum , ne tentet vos sathanas. Et Ephes. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem , sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Et , Cur tentauit sathanas cor tuum ? Et de beato Martino legitur , quod diabolus multoties apparuit ei in forma humana. Similiter de beato Antonio , cui apparuit in forma pueri nigris : & in forma animalium diuersorum generum. Simile legitur de multis aliis Sanctis.

*SECVNDA PARS HVIVS TERTII  
vno tantum clauditur capitulo. In quo ostenditur,  
quod tentationes amicis Dei multum  
sunt vtiles.*

### CAPVT I.

*Serm. 64.  
super Can.  
in prin.*

**C**IRCA secundum notandum , quod tentatio est multum vtilis. Bernardus: Necesse est ut tentationes veniant. Quis enim coronabitur , nisi qui legitimè certauerit ? Aut quomodo certabit , si desit qui pugnet ? Quid mihi cum victoria : si nec in prælio fui ? Impudentissimè mihi arrogo vel gloriam sine victoria : vel victoriam sine pugna. Tentatio primo erudit. Armorum experientia militibus est necessaria. Militia est vita hominis super terram. Hæ sunt gentes quas reliquit Dominus , ut in his erudiret Israëlem. Qui non est tentatus , quid scit? In eodem. Qui tentatus non est , quid scit? Secundò , humiliat ; & sic à præcipitio super-

*Iob. 7.  
Iob. 3.  
Eccl. 34.*


biz

biæ conseruat. Gregorius. Dum vitia nos tentant, proficientes in nobis virtutes humiliant. Idem. Iebusæum Israël tolerat: vt humana mens de se humilia sentiat: dum minima non superat. Cùm per temptationem humilitas proficit: prospera est ipsa aduersitas: quæ mentem a b elatione custodit. Idem; Cùm tentamur vitiis, dispensatione diuina nobiscum agitur, ne virtutibus, quibus proficimus, extollamur. 2. ad Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, &c. Tertiò, negligentiam repellit. Vnde glos. di- *Glossa ord.*  
cit super illud Psal. Proba me Domine, & tenta *ibi ex Cas-*  
*me. Nisi tentaremur, negligentes essemus. Ti-* *sio.*

*mor hostium facit homines vigilantes: securi-*  
tas verò facit eos pigros. Vigilate & orate, ne in- *Matth. 27.*  
tretis in temptationem. Quartò, virtuti adiicit. *Epist. 13. pa-*  
Seneca: Multum sibi adiicit virtus lacepsita. Ca- *rum à prin.*  
nis prouocatus bellicosior efficitur. Gregorius: *Lib. 6. regi-*  
Ignis flatu premitur, vt crescat: aqua inuenio *stri, cap. 19.*  
obstaculo, maiores vires exercet. Sic certamen *à princip.*  
temptationis occasio est, vt ei qui tentatur, gratia  
augeatur. 1. ad Corinth. 10. Fidelis Deus est, qui  
non patietur vos tentari supra id quod potestis,  
sed faciet etiam cum temptatione prouentum, vt  
possitis sustinere. Quintò, virtutem hominis  
notificat: Tentat vos Dominus Deus vester, vt *Deut. 13.*  
palam fiat si diligatis eum, an non. Gregorius:  
Nemo vires suas in pace cognouit. Si enim bel-  
la desunt, virtutum experimenta non prode-  
unt. Idem, Mira nobiscum dispensatione agi-  
tur, vt mens nostra nonnunquā pulsatione cul-  
pæ feriatur. Nam esse se magnarum virium, vel

H vir-

virtutum, homo crederet, si nullum vñquam  
 earundem virium defectum intra mentis ar-  
 cana sentiret. Sextò, Deum glorificat. InPsal-  
 Eruam te, & honorificabis me. Septimò, po-  
 pulum ædificat. Tob. 2. Hanc tentationem ideo  
 permisit euenire illi Deus, vt posteris daretur  
 exemplum patientiæ eius. Octauò, ei qui ten-  
 tatur honorem in præsenti acquirit. Vnde lo-  
 gitur de beato Antonio: qui cùm quadam no-  
 ñte à dæmonibus esset laceratus, subitò ven-  
 radius lucis, & dæmones & tenebras effugauit  
 statimqüe Christum, præsentem intelligens, di-  
 xit: Vbi eras, bone Iesu, vbi eras? Quare à prin-  
 cipio non affuisti, vt curares vulnera mea? Il-  
 vox ad eum ait: Antoni hic eram: sed expedi-  
 bam videre certamen tuum. Nunc autem qui  
 viriliter dimicasti, faciam te in toto orbe nomi-  
 nari. Nonò, in futuro coronat: Non coronab-  
 tur, nisi qui legitimè certauerit. Et dicitur d-  
 sufferente temptationem, quod cùm probatu-  
 fuerit, accipiet coronam vitæ. Hoc pro cer-  
 habet omnis qui colit te: quia vita eius, si in pro-  
 batione fuerit, coronabitur: si autem in tribu-  
 latione fuerit, liberabitur: & si in corruptio-  
 ne fuerit, ad misericordiam tuam  
 venire licebit.



TERTIA

*1. Tim. 2.  
Iacob. 1.  
Tob. 3.*

*In Vita i-  
psius quam  
scripsit A-  
thanasius.*